



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Pisistratus. Capvt XII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

Pisistratus.

## CAPVT XII.

Solonia cum  
Pisistrato  
comparatio.

Solonis æmulus extitit Pisistratus, vario tamen eloquentiæ genere: illius grauis, auftera, & plerumque horribilis oratio: huius suavis, & amœna dictio: ille frangere studebat animos, hic mollire: ille vasto impetu irrumpens in animos rumpebatur: hic lenissim, & leniter irrepens penetrabat: ille vase fictili panactæ succum, hic poculo aureo melleis fauis obliquo propinabat venenum: ille secare se, & vere profitebatur, vt sanaret: hic foporabat, vt iugularet: ille veluti fuscina armatus irruerat: hic aureo reti piscabatur. Ad summum, tantum dicendo valuisse fertur, vt Athenienses illi Regium Imperium, oratione capti: permitterent: cum præsertim amantissimus patriæ Solon contra niteretur: sed alterius salubriores erant conciones, alterius discretiores: quo euenit, vt alioqui prudentissima ciuitas, libertati seruitutem præferret.

Themistocles.

## CAPVT XIII.

Themistoclis victoriis laureis afflorescunt eloquentiæ palma: Magnum siquidem viri, & ad oratoria decoratum ingenium, quem prima, veluti surgentis lux eloquentiæ mirificum spondebat oratorem. Nam & puer, eo tempore, quo alij inter prolectantis ætate blanditias lasciuiunt, iam tota mente forum, & accusationes, defensionisque sociorum cogitabat. Verum, (vt in Iulio Casare contigit) æstus militaris gloria longè ab ijs oratorum curis hominem abripuit, vbi Militiadis trophæa cogitare cœpit, ingentisque honoris stimulis noctes, diesque cœfigi. Nec sanè fatuè respōdit, cum iā blandiente eloquentiæ gloriâ interrogatus ab aliquo, virum mallet Homerus, an Achilles fieri? Tu verò quem mallet (inquit) Olympicum victorè, an victoris præconem? Ex quo animum ad studia bellica totum adiecit, & ea gessit, quæ orbi terrarum stupori fuerunt. Apparent in eius dictis splendidissimi ingenij lumina. Quid hoc exordio grauius, quo apud Andrios legatus vsus est: *Vestram hodie in urbem, Andrienses, appulsi duorum numinum comitatu stipatus, suada, et vio-*

ἄλλοτε ἰσχυρὸν  
ἴσας μὲν ἔχον

Quod in Herodoto facillè animaduertas, cuius historia, vt ait Dionysius Halicarnassensis propter suadelam illam, & venustatem optimæ poësi similis potest videri. Accedit ipsa dictionis minimè morosa simplicitas, maicstatis lepos, & quædam ex elocutionis facilitate volubilitas, quæ Plutarchus etiam Herodoto in-

lenia. Quid eo acutius, cum Eretrientes irridēs *ἄλλοτε ἰσχυρὸν ἴσας μὲν ἔχον* aiebat? *gladium quidem habere sicut Teuthidas, nos plures & Cor autem non habere.* Iam verò sublime quod *μὲν ἔχον* dixit apud Persarum Regem orationem varijs, pictisq; stragulis esse simillimā, vt enim illa, sic hanc explicatā ostentare imagines, & figuratas, contractam verò occultate, atq; delere. Constat ex ijs Themistoclem eloquentiā, sed ipsa etiam eloquentiæ animā (prudentiā intelligo) præstitisse, qui meritò à Cicerone inter veteres oratores recensetur.

Herodotus.

## CAPVT XIV.

Displiceant huic rosæ, & balsama, cui non placet Herodotus. Hortus est eius historia, varijs arboribus confusus, innumerisque florum distinctus areolis, ex quo æreni spirant odores. De rerum veritate nihil hic attinet dicere, quando ab eruditis hominibus eius causam susceptam, defensamque video. Stylus certè is est, qui non nisi ab imperitis, aut maleuolis reprehendi possit. Torus est dulcis, candidus, fufus, sine vllis falebris, quasi sedatus amnis fluens. Verba lecta, sonantia, lenia, non secus, ac micantibus illusa flosculis asarota, inter se, quàm venustissimo nexu coherent, quibus amœna figurarū varietas, magna orationis temperie aspergitur, & ipsa dialecti mollities multum affundit suauitatis. At quod summam habet in Herodoto iucunditatis illecebram, Poëticus quidam decor ex Homeri sacrario petitus in eius scriptis afflorescit: sic enim a bitror poëtica in oratione verba, aut numeros palam confectari vitium esse, vel maximum, at poëseos quasdam veneres latentes, arcanas, subtiles, immiscere, magna est industria, & plurimum habet voluptatis. Vt enim vino assitus mandragoras illi suauitatē quandam leniter instillat, qua fit, vt, qui bibunt, & si minimè causam sentiant, delectationem tamen hauriant. Pari profectò ratione Poëtarum flosculis illigata subtiliter oratio latens habet quoddam aucupium iucunditatis. Quod in Herodoto facillè animaduertas, cuius historia, vt ait Dionysius Halicarnassensis propter suadelam illam, & venustatem optimæ poësi similis potest videri. Accedit ipsa dictionis minimè morosa simplicitas, maicstatis lepos, & quædam ex elocutionis facilitate volubilitas, quæ Plutarchus etiam Herodoto in-

Dionys.  
Halic. lib.  
IX.